



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

In portu capitur, & liber se rursus tradit, Ibidem

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

1583.

In Portu  
capitur, &  
liber, rar-  
sus se tra-  
dit vincien-  
dum,

*Rishrono* transmittit in Angliam. Ex præindicatis signis sistitur in portu, & *Hawardo* cuidam (qui vnâ exscenderat) accepta cautione conceditur, *Baroni Cobham* Portuum summo Præfecto consignandus. *Hawardus* cum primùm ex portu in apertum iter discessisset, *Cottamum* sic alloquitur. "Domine, ego Catholicus cum sim, non possum sana conscientia te Sacerdotem tradere Magistratui; vnâ igitur Londinum proficiscemur; tum ego mihi vt potero cauebo; tui tibi prouide vt voles. Londinum vt venere; *Cottamus* recta ad carceres doctorum hominum quæsiturus sententiam, vtrum liceret sibi hac ratione elabi cum eius periculo qui cauerat? Aunt alij, alij negant: Re ad *Personium* delatâ, is plurium collectis sententijs decernit, fatius esse suo periculo hominis discrimini occurrere; tantam benevolentiam fideiussori fraudi esse non debere. Non diu fuit quin res ipsa imponeret necessitatem id faciendi. Etenim qui *Havvardum* habebat cautionem, Londini hominem reperiens, queritur fidem non esse seruata; se perditum, familiam omnem suam euerlam; se de captiuo Sacerdote ad pœnam suppliciumque conqueri. Tu itaque *Havvarde*, quando quidem ita accidit, hodie de captiuo responsurus es portuum procustodi. *Havvardus* minitantis audacia oppressus, quid (ait) si tuum ego captiuum tibi sistam? dimittes me liberum? vtique, si de te interim alius quispiam fide iubere velit. Reperito sponfore, *Cottamum* amicè appellat; "Scis quâ conditione, quâ lege viuam, quo etiam in periculo sim si in horum hominû manus venero: Quo loco tu ipse sis nosti, atque quo in discrimine verferis; Ego in vtramuis partem nihil statuo: Tu quid facere velis elige: Nam etsi omnia me manerent tormenta nunquam committam vt vel ego te traham, aut tu vt te tradas suadeam. *Cottamus* ad Cælum erectis oculis manibusque." Benedictus, inquit, Deus: Nunquam enim mihi tranquilla fuisset mens, si malo tuo ego euasissem: ) paucas igitur post horas, suis quibusdam dispositis, hic custodia, ille libertati est redditus.

Hereticorum  
insana  
crudelitas.

VIII. Videre nunc erit Hereticorum hominum vafra, dementemque crudelitatem; nulla adferebatur rei capitalis criminatio; nihil inerat nisi Sacerdotium quapropter iste teneretur. Inaudierant *Cottamum* quendam in suspitione criminis cuiusdam venisse. *Thomam* igitur interrogant tanquã eius auctore criminis quid nomine pœnæ sibi fuisset inter confitendum ab aliquo retrò tempore impositum? Vt vim paratorum tormentorû euaderet quædam quasi per iocû fatetur. Petunt, propter quæ sua crimina fuerit illa pœna imposita? Tum fraudem subodoratus respondet, se Deo & Sacerdoti vicario Dei, quod peccatû esset solere confiteri, præterea nemini. Quæstioni confestum admotum vrgent; tacentem lacerant; querentem inhumanum id esse ac barbarum, conuellunt; negantem se etiam si tormentis necaretur quidquam de se alij sive enuntiaturum, furcre perciti crudelissimè distendunt. Quæ cum deinde pro Tribunali à sceleris suspitione se liberans palam objiceret, & *Odeñus Hoptonus*, solita sua nuntiendi facultate, negare vellet, appellauit Commissarios